

## APÉNDICE II.

COMPENIO DE LAS REGLAS GENERALES ACERCA DE LOS LIBROS PROHIBIDOS, PUBLICADAS POR DISPOSICION DEL CONCILIO DE TRENTO CON LAS SIGUIENTES DECLARACIONES PONTIFICIAS.

1. Todos los libros que antes del año 1515 fueron condenados por los Santos Pontífices ó por los Concilios Euménicos, aun cuando no se hallen registrados en el Índice, deben considerarse como ya prohibidos.

2. Los libros de los herejarsacas que despues de dicho año inventaron ó renovaron las diferentes herejias, ó fueron gefes ó maestros de herejes, cualquiera que sea su título ó argumento están prohibidos del todo; como tambien los libros de los herejes que tratan *ex professo* de materias tocantes á la religion.—Aquellos libros empero que no traten de tales materias, serán permitidos, previo examen y aprobacion de quienes correspondan. Lo mismo puede decirse, obedienda dicha aprobacion, de aquellos libros de doctrina católica cuando sus autores hubiesen posteriormente caido en herejia, ó que despues de su caída volviesen al gremio de la Iglesia.

3. Se hallan permitidas las traducciones de escritores eclesiásticos publicadas en época anterior por autores condenados, con tal que nada contengan contra las sanas doctrinas.—Aquellas traducciones del Nuevo Testamento, pero hechas por los autores anotados en la primera Clase del Índice, están absolutamente prohibidas.—En cuanto á las versiones del Antiguo Testamento, y á la Biblia del *Vitabla*, toca á los Obispos el permitir su lectura á aquellas personas doctas y piadosas que deberán usarlas no como Sagrado Texto, sino como simple interpretacion del mismo. De la Biblia de *Isidoro Clarr Brevisimo*, quitese el Prólogo y los Prolegómenos.

4. Por lo que toca á las traducciones de la Biblia en lengua vulgar, en virtud de la declaracion hecha por el Papa Clemente VIII, y por el Decreto de la S. Congregacion del Índice, fechado el 13 de Junio de 1757, no se hallan permitidas mas que las aprobadas por la S. Sede Apostólica, ó publicadas bajo sus auspicios.

5. En cuanto á los libros de colecciones hechas por autores herejicos, como son *diccionarios, concordancias, apoteogmas*, si alguna vez hubiese en ellos cosas añadidas por los mismos, no se consideren permitidos sin que sean aprobados por los Obispos en el modo prescrito.

6. Los libros de controversia entre los herejes y los católicos, escritos en lengua vulgar, no se permitirán sin que tengan las debidas aprobaciones. Aquellos libros que en cualquier Reino ó provincia hubiesen sido prohibidos por contener cosas que no convengan á toda clase de lectores, cuando sus autores sean católicos, podrán permitirse despues que hayan sido espurgados.

7. Los libros que tratan *ex professo* de cosas lascivas y obscenas, están prohibidos del todo. Son permitidos por la elegancia y propiedad de la lengua los escritos antiguos de autores paganos; pero no deberán leerlos los niños.

8. Todos los libros que tratan de astrologia judiciaria ó de adivinacion de cosas futuras contingentes ó dependientes del libre arbitrio del hombre, ó de otras supersticiones, son absolutamente condenados. Son permitidas

aquellas observaciones naturales y juicios que tienen un objeto de utilidad para la medicina, la agricultura y la navegacion

Sobre esta materia por órden de Clemente VIII, hagánsse las siguientes observaciones:—1.º adviértase á los fieles que contra los que lean ó retienen en su poder libros de astrologia judiciaria, y otros de los cuales se habla en dicha regla, pueden los Obispos proceder en virtud de una Bula de Sixto V.;—2.º el *Talmud* de los Hebreos con las glosas, interpretaciones y notas, aunque se halle impreso sin aquel título y con las condiciones que prescribió Pio IV, sea del todo prohibido. Juntamente con él lo son igualmente todos los libros cabalísticos de los mismos y sus demás producciones irreligiosas;—3.º el libro llamado *Magico* de los Hebreos sea torado solamente en lengua hebrea, pero las traducciones del mismo en cualquier otra lengua sean prohibidas.

9. Para la impresion de cualquier libro ó escrito, obsérvensse las ordenanzas del Concilio Lateranense, tenido bajo el Pontífice Leon X. ses. X.—Los libros que se publicasen sin la aprobacion de los superiores Eclesiásticos á quienes correspondan segun el lugar de la impresion, estarán sujetos á las penas establecidas en dicho decreto.—Los impresores y vendedores de libros, deberán estar sujetos á las leyes prescritas.

Advierta despues el esclarecido Pontífice Comente VIII, en su instruccion

sobre este asunto, añadida por órden suya á las reglas sobradichas, que todo libro que haya sido prohibido en una lengua; cualquiera que sea, se entenderá igualmente prohibido en cualquiera otra en que hubiese sido traducido.

En cuanto á los libros prohibidos con la cláusula *donec corrigantur* ó *donec expurgentur*, es de advertir como lo nota el R. P. Alejandro Angélico Bardani, Secretario de la Sagrada Congregacion del Índice, que no pueden hacerse tales correcciones ó espurgos segun el juicio particular, sino que deben aguardarse de la autoridad de la misma Sagrada Congregacion.

10. Finalmente por lo que toca á las censuras en que inmediatamente incurren aquellos que lean, retienen ó venden libros prohibidos, debe considerarse segun la opinion del mismo Bardani, que no solamente y bajo pena de excomunion reservada á la Santa Sede, se comprenden aquellos que tratan *ex professo* de religion, ó enseñan herejias, ó inducen en sospecha de insinuar falsos dogmas, como lo declaran las Constituciones de muchos Pontífices, mayormente de Pio IV *Dominici Gregis*, de Gregorio XV *Apostolatus Officium*, de Alejandro VII *Speculatores*; si que tambien y bajo la misma pena, quedan prohibidos aquellos libros semejantes que despues de las Apostólicas Constituciones que van mencionadas, vienen indicados en los Breves y Bulas de los Pontífices sus sucesores.

## DECRETA

DE LIBRIS PROHIBITIS NEC IN INDICE NOMINATIM EXPRESSIS (1).

Cum non omnes libri, qui vi Constitutionum Apostolicarum, aut Decretorum Congregationum S. Officii, et Indicis prohibiti sunt, singillatim describi in Indice propter eorum ingentem numerum possint; necessarium visum

(1) Sic legere est in ipso Indice *librorum prohibitorum*.

est, hujusmodi libros ad certa quedam capita revocare, ac per materias, de quibus agunt, eorum veluti Indicem conficere, ut, si quod circa librum aliquem in Indice non descriptum, aut in Regulis ejusdem Indicis non comprehensum, exortur dubium, intelligi possit, utrum inter prohibitos sit computandus.



§ I.—*Libri ab Hæreticis scripti, vel editi, aut ad eos, sive ad Infideles pertinentes prohibiti.*

1. Agenda, seu Formula precum, aut Officia eorumdem.

2. Apologia omnes, quibus eorum errores vindicantur, sive explicantur, et continentur.

3. Biblia sacra eorum opera impressa, vel eorumdem Annotationibus, Argumentis, Summaris, Scholiis et Indicibus uncta.

4. Biblia sacra, vel eorum partes ab iisdem metricè scripta.

5. Calendaria, Martyrologia, ac Necrologia eorumdem.

6. Carmina, Narrationes, Orationes, Imagines, libri, in quibus eorum fides, ac religio commendatur.

7. Catechesis et Catechismi omnes, quæcumque inscriptionem præferant sive librorum Abalajarum, sive Explicationum Symboli Apostolici, præceptorum Decalogi, sive Instructionum, ac Institutionum Religionis Christianæ, Locorum Communium, etcetera.

8. Colloquia, Conferentie, Disputationes, Synodi, Acta Synodalia de fide, et de fidelè doctrinâ ab eisdem edita, et in quibus explanationes quæcumque eorum errorum continentur.

9. Confessiones, Articuli, sive Formulae fidei eorumdem.

10. Dictionaria autem, Vocabularia, Lexica, Glosaria, Thesauri, et similes libri ab iisdem scripti, sive editi, ut Henrici, et Caroli Stephani, Joannis Scapula, Joannis Jacobi Holmani, etc., non permittantur, nisi deletis, quæ habent contra Religionem Catholicam.

11. Instructionum, et Rituum sæcæ Mahometanæ libri omnes.

§ II.—*Libri certorum argumentorum prohibiti.*

1. De materia Auxiliorum Divinorum libri, vel compositiones ex professo, vel incidentar, aut prætextu commentandi S. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occasione tractantes, impressi nulli obtenta licentia a Congregatione S. Officii.

2. De B. Mariæ Virginis Mariæ Conceptione libri omnes, Conciones, Dis-

putationes, Tractatus impressi post annum 1617 in quibus assertitur, B. Virginem Mariam cum originali peccato conceptam esse: vel in quibus affirmatur, opinantur, B. Virginem fuisse in originali peccato conceptam, esse hæreticos, vel impios, vel peccare mortaliter.

3. Declarationes, Decisiones, Interpretationes Congregationis Concilii Tridentini, earumque Collectiones tam impressæ, quam imprimendæ, eminenti-  
4. De controversia exorta inter Episcopum Chalcedonensem, et Regulares Angliæ libri omnes, et singulis tractatus impressi, sive manuscripti, et omnia alia, quæ spectant directè, vel indirectè ad prædictam controversiam. Per hoc autem Decretum nihil intendit sacra Congregatio statueri de meritis eiusdem, vel ulli auctori, aut operi ignominiam aliquam, vel notam male doctrine inferre.

4. De controversia exorta inter Episcopum Chalcedonensem, et Regulares Angliæ libri omnes, et singulis tractatus impressi, sive manuscripti, et omnia alia, quæ spectant directè, vel indirectè ad prædictam controversiam. Per hoc autem Decretum nihil intendit sacra Congregatio statueri de meritis eiusdem, vel ulli auctori, aut operi ignominiam aliquam, vel notam male doctrine inferre.

5. De doctrina libri Cornelli Jansenii Episcopi Iprensis qui inscribitur *Augustinus* libri omnes, et libelli, aut epistolæ tam impressæ, quam manuscriptæ, seu in postarum et sædæ, et publicandæ, in quibus illa eo modo damnata, quæ eamdam civitatem Alexander VII. vel ut est in Propositionibus damnata, reprobatur, vel quomolibet approbatur, aut discurratur.

6. De Constitutione *Unigenitus* Clementis XII libri, aliquæ scripta, in quibus illa subditi et aliter, temere capitur, aut contemnitur, et impugnatur.

Item Libri, sive libelli vel scripti, vel typis editi, aut editi in defensionem libri inscripti: *Le Nouveau Testament en Français avec des Reflexions morales sur chaque verset*, aut alio titulo: *Abregé de la Morale de l'Évangile*, etc.

Item Actus, sive instrumenta Appelationum quæcumque a Constitutione *Unigenitus* ad Concilium generale, nec non Judicia Theologorum, aut Facultatum Theologicarum, sive Academicarum, earumque Deliberationes, Consultationes, Acta, Decreta; quorumcumque etiam aliorum Mandata, Ordinationes, Arresta, Epistolæ; Interpretationes etiam, et Declarationes, aut scripta quælibet, quibus explicationes, aut alio quovis prætextu aliquid dicitur, vel scribitur, quo dictæ Consti-

tionis robur, atque auctoritas, et obligatio minui, aut infringi possit.

7. De Duellis agentes libri, literæ, libelli scripti, in quibus eadem duella defenduntur, auferuntur, docentur, si qui vero hujusmodi libri ad controversias sedandas, pacisque componendas utiles esse possunt, expurgati, et approbati permittantur.

8. De Joannis Cala asserti Anachoretæ prætensa sanctitate, miraculis, vaticiniis, visionibus, aliisque hujusmodi signis libri, codices, et folia quæcumque sive manuscripta, sive impressa.

Item Omnia et singula transumpta, seu copie tam impressæ, quam manuscripte Decreti a Vicario Generali Cassanensi emanati, per quod idem Vicarius ausus fuit deficienti prout fieri, eundem Joannem fuisse in quasi possessione cultus, atque ideo id eo manutenuendum.

9. Libri omnes immunitatem Bonorum Ecclesiasticorum impugnantes.

10. De Laminis pumbeis Arabicis sermone, et antiquis characteribus conscriptis, ac in cavernis montis Illipontiani, diei Sacri, prope Granatum reperitis, et de Scripturis in turri Torpiana ejusdem civitatis inventis, libri omnes, Tractatus, Responsa, Consulta, Commentarii, Glossæ, Admittenda, Annotationes, et quæcumque alia sive manuscripta, sive typis impressa. Alii vero libri, sive tractatus, qui ad alia argumenta spectant, obiter vero de his Laminis vel de earum doctrina tractant, permittuntur, expunctis locis, quæ de his Laminis erunt.

11. De SS. Apostolis Petro, et Paulo libri omnes tam impressi, quam manuscripti in quibus assertitur, et defenditur, quod S. Petrus et S. Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui vicium efficiunt: vel sunt duo Ecclesiæ Catholice Corphiæ, ac supremi Duces summa inter se unitate conjuncti: vel sunt geminus universalis Ecclesiæ vertex, qui in unum divinitus coaluerunt: vel sunt duo Ecclesiæ summi Pastores, ac Presides, qui unicum caput constituent; atque ita explicantur: ut ponatur omnimoda æqualitas inter S. Petrum, et S. Paulum sine subordinatione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema universalis Ecclesiæ.

12. De vera, et non interrupta successione aliorum S. Francisci, et de vera forma Caputi ejusdem libri omnes impressi, et qui inconsulta sacra Congregatione imprimantur, tractantes hæcæ enim controversiam.

13. Pasquilli omnes ex verbis sacrae Scripturæ confecti.

Item Pasquilli omnes etiam manuscripti, omnesque conscriptiones, in quibus Deo, aut Sæcietis, aut Sacramentis, aut Catholica Ecclesiæ et ejusmodi, aut Apostolica Sedi quomodocumque detrahatur.

14. Libri omnes agentes, ut vulgo dicitur, *de la buena ventura*.

§ III.—*Imagines, et Indulgentiæ prohibitiæ.*

1. Imagines cum laureolis, aut radiis, sive splendoribus, eorum, qui neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sunt a Sede Apostolica.

2. Imagines Domini Nostri Jesu Christi, et Mariæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, et Sanctarum quarumcumque sculptæ, aut pictæ eam alio habitu, et forma, quam in Catholica, et Apostolica Ecclesiâ ab antiquo tempore consuevit, vel etiam cum habitu peculiaris alicujus Ordinis Regularis.

3. Imagines, Numismata insculpta pro Confraternitatibus Mancipiorum Matris Dei, hispanis *Escalcos de la Madre de Dios*, sodales catanatos exprimentia.

Item Libelli in quibus eisdem Confraternitatibus regulæ præscribuntur, Confraternitates autem, quæ catenas distribuunt confratribus et consorcioribus brachiis, et collo circumponendas, atque gestandas, et eo signo Beatissimæ Virginis emancipatos se esse profiteantur, et quarum institutum in eo Mancipatu præcipue versatur, damnantur, et extinguuntur. Societatis vero, quæ ritum aliquem, aut quodcumque aliud ad Mancipatum ejusmodi pertinet adhibent, præcipitur, ut idistatim relinquunt.

4. Imagines, catenæ, folia, libelli pro usu Confraternitatum sub invocatione SS. Sacramenti, B. Mariæ Virginis Immaculatæ, et S. Joseph sub titulo *Gregis Boni Pastoris* erectarum, et in



quibus representantur homines penduli a Christo a sacra Pyxide, a B. Virgine, a S. Josepho. et a quovis alio Sancto.

6. Imagines, ubi representatur puer Jesus in sublime clatus, et sub ipso tres Ecclesie Doctores, et in locum aliorum trium (qui representantur in Imaginibus ejusdem formæ jam pridem impressis) substituti sunt tres Presbyteri Regulares cum his versibus: *Jesu Doctorum intima, qui cubes ignorantia pellis vivere gratia etc.*

6. Imagines sive depictæ, sive sculptæ, sive impressæ Joannem Caina quocumque sanctitatis, vel beatitudinis signo representantes.

7. Imagines, ubi representatur B. Virgo cum Filio in medio duorum Sanctorum Societatis Jesu, quorum uni tradit librum, alii Rosarium cum hac inscriptione: *Deipara Virgo cum filio inspirat, commendatque Societati Jesu institutionem Sodalitatum, et Officij, Rosarii usum.*

8. Inscriptiones omnes Imaginum SS. Francisci, et Antonii de Padua, in quibus dicitur, formam habitus, quæ depicti sunt, esse eandem, quæ ipsi usi fuerunt: vel in quibus assertur, in hoc vel illo ordine S. Francisci esse veram, legitimam, et non interruptam ejusdem S. Patris in filios successiorem.

9. Indulgentiæ omnes concessæ coronis, gravis seu calculis, crucibus, et imaginibus sacris anti Decretum Clementis VIII, anno 1597, editum de forma Indulgentiarum.

Item Indulgentia omnis concessæ quibuscumque Regularium Ordinibus, Contrahentibus secularibus, Capitulis, Collegiis, aut corporibus Superioribus, anti Constitutionem ejusdem Clementis VIII, *Quæcumque* 7 decemb. 1604, et Pauli V. y *Romanus Pontifex*. D. 13 marti 1605, et *Quæ salubriter*. D. 23 novemb. 1610, revocatae sunt, atque apocryphæ habende, nisi ab iisdem summis Pontificibus, aut eorum Successoribus renovate, ac confirmatae fuerint.

10. Indulgentiæ concessæ coronis S. Birgittæ ab Alexandro VI, declarantur apocryphæ, et nullius roboris, ac momenti: sine præjudicio tamen Indulgentiarum a Leone X dictis coronis concessarum VI id. jul. 1515.

11. Indulgentiæ concessæ crucibus S. Turibii ab Urbano VIII, tanquam falsæ habende sunt.

12. Indulgentiarum libri omnes, Diaria, Summaria, libelli folia etc., in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia S. Congregationis Indulgentiarum.

#### § IV.—*Quædam ad Ritus Sacros spectantia, quæ prohibita sunt.*

1. Benedictiones omnes Ecclesiasticæ, nisi approbate fuerint a sacra Rituum Congregatione.

2. Exorcismorum formulae diversæ ab iis quæ præscribuntur in Regulis Ritualis Romani, et earundem usus, absque prævio examine coram Ordinario.

3. Litanie omnes, præter antiquissimas et communes, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, et præter Litanias de B. Virgine, quæ in sacra adæ Lauretana decantari solent.

4. Missalis Romani omnia exemplaria alterata post edictum Pii V, præsertim quæ *Veneris* apud *Sanctos, Saxas, Misericordiam, et ad signum Syrena*, atque *Europa*, et quocumque alios, impressa sunt ab anno 1596.

5. Officia B. Mariæ Virginis, vel Sanctorum aut Sanctarum, aliaque hujusmodi absque approbatione Sac. Rituum Congregationis edita, vel edenda.

6. De Ritibus Siniis, eorumque controversiis, aut illorum occasione exortis, libri, libelli, relationes, thesæ, folia, et scripta quocumque post diem 1<sup>o</sup> octobris 1710 edita, in quibus expresso, vel incidenter, quomodolibet de his tractetur, sine expressa, et speciali licentia Romani Pontificis in Congregatione sanctæ et universalis Inquisitionis obtinenda.

7. Ritualia Romano additione omnes factæ aut faciende post reformationem Pauli V, sine approbatione Sac. Congregationis Rituum.

8. Rosaria quocumque de novo inventa, aut inveniendæ, sine opportuna S. Sedis facultate, quibus authenticum Rosarium Deo, et B. Mariæ Virginis sacrum antiquaretur.

## APÉNDICE III.

### BREVE

DE SU SANTIDAD, PERTENECIENTE AL VICARIATO DE LOS EJÉRCITOS, EN QUE SE EXPRESAN LAS FACULTADES CONCEDIDAS A INSTANCIAS DE S. M. AL M. R. CARDENAL PATRIARCA DE LAS INDIAS. AÑO 1768.

### CLEMENS PAPA XIII.

#### Ad futuram rei memoriam.

Cum in Exercitiis, charissimi in Christo Filii nostri Caroli, Hispaniarum Regis Catholicæ, multa sæpe contingere possint, in quibus pro recta Sacramentorum administratione, salubrique directione, et cura animarum illorum, qui in Castris degunt et versantur, necnon pro cognoscendis et decidendis inter eos causis et controversiis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, opera et industria minus seu plurimum personarum Ecclesiasticarum opus sit; quippe quia non facile ad proprios Parochos et locorum Ordinarios, aut ad Nos et Sedem Apostolicam recursus haberi valeat: hinc alias Nos ad supplicationem ipsius Caroli Regis, per quasdam nostras in simili forma Brevis die decima Martii anni millesimi septingentesimi sexagesimi secundæ expeditas Litteras dilecto Filio nostro Bonaventuræ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Cordoba Spinola de la Cerda, a Sancto Carlo nuncupato ex concessione et dispensatione Apostolica moderna, et pro tempore existenti Patriarchæ Indiarum, qui nunc et deinceps Capellanus major, sive Vicarius Exercituum ejusdem Caroli Regis esse debet nonnulla indulgentia, privilegia et facultates ecclesiasticas et spirituales, quibus erga

Milites, Militares, aliasque personas ad Militiam et Exercitum predictos spectantes, uti valeat ad septimum a data earundem nostrarum Litterarum computandum sub certis modo et forma sine expressis concessis s et indulgentiis, ac alias prout in predictis nostris Litteris uberiori contentur.

II. Postmodum verum cum circa hujusmodi facultates ecclesiasticas eidem Bonaventuræ, Cardinali Patriarchæ Capellano majori, sive Vicario Exercituum eorundem inter ipsam et venerabiles Fratres Archiepiscopos, seu dilectos Filios alios locorum Ordinarios in Hispaniarum Regnis existentes, nonnullæ ortæ essent controversiæ et excitata dubia super dictarum nostrarum Litterarum interpretatione atque intelligentia, ut controversiæ et dubia hujusmodi penitus extinguerentur et tollerentur, Nos ad supplicationem ejusdem Caroli Regis, per alias nostras in simili forma Brevis die decimæ octavæ Martii millesimi septingentesimi sexagesimi quarti expeditas Litteras proposita dubia et questiones hujusmodi declaravimus et definivimus, ac alias prout in eisdem secundo dictis nostris Litteris plenius pariter continetur.

III. Nuper autem ejusdem Caroli Regis nomine Nobis expositum fuit,



quod septem anni ad quos prædicta indulta, privilegia et facultates memorato Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Capellano majori, seu Vicario Exercituum huiusmodi concessa fuerant, versus finem vorant, ipse vero Carolus Rex, easdem facultates, privilegia et indulta iuxta earumdem nostrarum secunda dictarum Litterarum formam, et dispositionem intelligenda et interpretanda ad aliud septennium per Nos iterum concedi plurimum desiderat.

IV. Ideo Nos supplicationibus eiusdem Caroli Regis nominis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, easdem secundo dictas nostras Litteras die decima quarta Martii millesimi septingentesimi sexagesimi quarti, ut præfertur, expulimus, ac quæsumus quo declarationes, concessionis aliquæ omnia, et singula in eis contenta alique disposita, quæ præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, confirmamus, approbamus, innovamus, illisque apostolica firmitatis nostre vim, robur atque munimen adicimus, easque, ac in illis contentas decisiones et declarationes ab omnibus et singulis, ad quos spectat, et toto tempore quodcumque quomodolibet spectabit, in futurum inconvulsa et irrefragabiliter observari volumus, precipimus et mandamus; eidemque Bonaventuræ Cardinali, et ut præmittitur ex concessione et dispensatione apostolica moderna, necnon pro temporè existentis Patriarchæ Indiarum infrascriptas facultates iuxta tenorem, ac formam secundo dictarum nostrarum Litterarum in omnibus, et per omnia, ut præfertur, intelligendas et interpretandas, atque exsequendas per se, vel alium, seu alias personas in ecclesiastica dignitate constitutas, si ve alios Sacerdotes probos et idoneos nec se ipsam, Capellanum majorem, seu Vicarium Exercituum huiusmodi prævio diligenti et rigoroso examine repertos et approbatos (quatenus ab aliquo suo Ordinario approbati non essent) et ab eodem Capellano majori subdelegandos erga milites, aliasque utriusque sexus personas ad dictos exercitus, comprehensim etiam copias auxiliiaribus, quomodolibet spectantes, tantum exerecandas; videlicet.

V. Administrandi omnia Ecclesiæ Sacramenta, etiam cum non nisi per Parochialium Ecclesiarum Rectores ministrari conservantur, præter Confirmationem et Ordines, si ipse subdelegatus seu subdelegandus episcopali charactere insignitus non fuerit, vel Capellanus maior prædictus per se ipsum dicta Sacramenta Confirmationis et Ordinum administrare non possit, reliquisque functiones et munia Parochialis obandi.

VI. Absolvendi ab hæresi, apostasia a fide, et schismate intra Italiam quidem, et Insulas adiacentes ibos tantum, qui in eis locis, ubi hæresis impune grassatur, nata sint, nec unquam erroris iudicialiter abjuraverint, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reconciliati fuerint, extra Italiam vero dictasque Insulas adiacentes quoscumque etiam Ecclesiasticos tam Sacerdotes, quam Regulares eadem castra sequentes, non tamen eos, qui ex illis locis fuerint, in quibus viget Officium inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, nisi ibi deliquerint ubi hæresis impune grassatur, neque etiam illos, qui erroris iudicialiter abjuraverint, nisi isti locis, ubi similiter grassatur hæresis, et post iudicalem abjurationem illuc reversi in heresim fuerint relapsi, et hoc in foro conscientie duntaxat.

VII. Absolvendi quoque a quibusvis excessibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam in casibus Nobis, et eidem Sedi Apostolicæ specialiter reservatis, ac etiam contentis in Litteris de Cæna Domini quotannis legi solitis.

VIII. Retinendi extra Italiam solummodo, et Insulas adiacentes, et legendi (non tamen aliis similem licentiam concedendi) libros prohibitos hæreticorum, vel infidelium de eorum Religione tractantes; et alios quoscumque ad effectum eos impugnandi, et hæreticos et infideles in castris forte degentes ad orthodoxam fidem convertendi, exceptis tamen operibus Caroli Dolinei, Nicolai Macchiavelli, et libris de astrologia iudicialia tractantibus, ac ita ut dicti libri prohibiti ex provinciis in quibus hæresis impune grassatur, minime efferantur.

IX. Celebrandi Missam una hora ante auroram, et alia post meridiem.

et si cogat necessitas, etiam extra ecclesiam in quocumque loco decenti, etiam sub dio, vel sub terra et gravi omnino urgenti necessitate etiam bis in die si tamen in priori Missa ablationem non sumpsit, ac ieiunus fuerit, necnon super altari portatili, etiam in integro, seu diffracto aut laso, et sine Sanctorum reliquiis, ac demum si aliter celebrari non possit, et absit periculum sacrilegii, scantali et irreverentia, etiam præsentibus hæreticis aliisque excommunicatis dummodo in servitio Missæ non sit hæreticus vel excommunicatus.

X. Concedendi primo conversis ab hæresi, vel schismate penariam, aliis tamen quibuscumque utriusque sexus Christianidelibus ad prædictos Exercitus pertinentibus in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterant, necnon in Nativitate Domini nostri Jesu-Christi, Paschatis Resurrectionis, et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis immaculate festis diebus, vero penitentibus, et confessis ac sacra Communionis refectis similiter penariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem.

XI. Singulis autem dominicis et aliis festis diebus de præcepto relaxandi eis, qui ejus conditionibus intertulerint, decem annis de infirmitatibus suis alias quomodolibet debitis penitentibus in forma Ecclesiæ consueta; eademque indulgentias sibi lucrandi.

XII. Singulis secundis feriis quoscumque hebdomadæ officio novem lectionum non impeditis, vel eis impeditis die immediato sequenti celebrandi Missam de Requiem in quocumque altari etiam portatili, si aliter celebrari non possit, et per ejus applicationem liberandi animarum aliquid ex pie defunctorum Exercituum secundum celebrantis intentionem a Purgatorii penis per modum suffragii.

XIII. Defendendi, si in locis versantur, ubi ab hæreticis et infidelibus periculum subsit sacrilegii vel irreverentia, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem in prædictis casibus retinendi pro isdem infirmis, in loco tamen apto, atque decenti.

XIV. Induendi (si quandoque iis partibus degant, per quas propter hæreticorum vel infidelium insultus aliter

transire, vel in illis morari non possent) vestibus secularibus, licet Sacerdotes, etiam Regularares fuerint.

XV. Beneficendi quocumque Vasa, Tabernacula, Vestimenta, Paramenta, et Ornamenta ecclesiastica, aliisque ad divinam cultum pro servitio eorundem Exercituum duntaxat necessaria et pertinentia; exceptis tamen iis, in quibus sacra Unctio adhibenda erit, si Subdelegatus Episcopali dignitate non fuerit insignitus.

XVI. Reconciliandi ecclesias et capellas, ac cæmeteria, et oratoria quomodolibet polluta, in illis partibus, in quibus ipsi Exercitus considerant, si ad locorum Ordinarios commodis non pateat accessus; aqua tamen prius per aliquem catholicum Antistitem, ut minor sit, benedicta; immo etiam magna urgente necessitate, ut Missæ dominicis et aliis festivis diebus celebrari possint, illa etiam a memorato Antistite non benedicta.

XVII. Præter eadem Capellano Majori per se pariter, vel alium seu alios ab eo subdelegandos probos, et idoneos Sacerdotes in foro Ecclesiastico versatos, juxta attestationem et informationem ab eorum Ordinario, aliisque personis fide dignis per ipsum Capellanum Majorum desuper requirentiam omnem, et quocumque jurisdictionem Ecclesiasticam exerecendam in Sacramentorum administratione, necnon spiritualium animarum cure et directione pro tempore inservient, sive Clerici vel Presbyteri Sacerdotes, sive quorumvis etiam mendicantium Ordinum Regulares fuerint, perinde ac si quoad Clericos Sæculares eorum veri Præsules et Pastores, quoad Regulares vero illorum Superiores generales essent.

XVIII. Omnnesque causas ecclesiasticas, profanas, civiles, criminales et mixtas, inter seu contra prædictas aliasque personas in Exercitiis prædictis commorantes ad formam ecclesiasticam quomodolibet pertinentes, etiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, audiendi, et sine debito terminandi; contra inobedientes quoscumque ad censuras et penas ecclesiasticas procedendi, illaque aggravandi, ac etiam sapius reagra-



vandi, auxiliumque brachii secularis invocandi.

XIX. Eisdem insuper Christifidelibus in diebus Exercitiis degentibus concedendi licentiam ovis, caseo, butyro et aliis lacticiis, ac etiam carnis porci quadragesimæ, et aliis anni temporibus et diebus, quibus eorum esus est prohibitus (scilicet sexta, et sabbato eujuslibet hebdomadæ, ac tota Majori Hebdomadæ quoad carnes exceptis) vescendi.

XX. Ac demum commutandi, relaxandi, dispensandi et absolvendi respective prout et in quantum Episcopis locorum Ordinariis, juxta sacros Canones et Concilii Tridentini decreta, ad facere licet seu permittitur, quoad vota, seu juramenta, irregularitates et censuras ecclesiasticas, nempe excommunicationes, suspensiones et interdicia, necnon quoad omissionem omnium, seu aliquarum ex denuntiationibus, quæ matrimonii personarum ad predictos Exercitios pertinentium, et cum illis commemorantium contrahendis præmitti debent ad septennium a fine dictarum septem annorum computandam, ad nostrum et Sedis Apostolicæ beneplacitum auctoritate apostolica tenore presentium tribuimus et impertimur.

XXI. Volumus autem, ut ii Sacerdotes, quos idem Capellanus Major pro Sacramentis, etiam Parochialibus militibus, aliisque personis quibuscumque dictionum Exercitiarum ministrandas, ut præfatur, deputandos dixerit hujusmodi facultatibus uti valeant in omnibus, et per omnia, juxta formam et tenorem supra memoratarum nostrarum secundo dictionum Litterarum die decimaquarta Martii millesimi septingentesimi sexagesimi quarti expeditarum, et erga personas dumtaxat in eisdem nostris Litteris contentas et expressas; ac præterea mandamus, ut statim atque idem Sacerdotes, quos Capellanus Major subdelegaverit ad temporaneas et accidentales militum et Exercitiarum hujusmodi stationes devenient, Litteras testimoniales tam

super eorum sacerdotio, quam super sua deputatione ac facultatibus sibi vigora presentium concessis, pro hujusmodi munere exercendo Parochis locorum exhibere debeant, quibus visis, hi non impediant quominus Missam in suis Ecclesiis celebrare, ac in vim earumdem facultatum Sacramentorum etiam Parochialia ministrare valeant.

XXII. Quod si matrimonium inter personas, quarum altera militaris sit, seu ad dictos Exercitios pertineat, ibique occasione stationum predictarum commoretur, altera vero Parocho loci subdita reperiat, contrahi contingat, eo casu nec Parocho sine Sacerdoti hujusmodi, nec vicissim Sacerdoti sine Parocho celebrationi hujusmodi matrimonii assistat, aut benedictionem impertiatur; sed ambo simul atque æqualiter stote emolumenta, si quæ licite percipi solent, accipiant et inter se dividant.

XXIII. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibus, que et sindalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, necnon Ordinatum, quorum persone hujusmodi professe fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis hujusmodi Ordinibus vel eorum Superioribus, aut singularibus personis quomodolibet, concessis: approbatis innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentibus, illis alias in suo dictionum Litterarum die decimaquarta Martii millesimi septingentesimi octavi, Pontificatus nostri anno undecimo.—A. Cardinalis Nigro-nus.

## BREVE

DE NUESTRO MUY SANTO PADRE PIO IX. EXPEDIDO Á INSTANCIA DE S. M. LA REINA DOÑA ISABEL II POR EL CITAL PROROGA SU SANTIDAD POR OTROS SIETE AÑOS EL VICARIATO GENERAL DE LOS REALES EJÉRCITOS Y ARMADA, CON LAS FACULTADES QUE LE ESTÁN CONCEDIDAS. AÑO 1848.

**Carissimæ in Christo Filie nostræ Mariæ Isbellæ Hispaniarum Regine Catholicæ.**

PIUS PAPA IX.

Carissima in Christo Filia nostra, salutem et apostolicam benedictionem: Majestatis tuæ nomine expositum Nobis nuper fuit, quod fel. rec. Pius VII prædecessor noster Carolus IV Hispaniarum Regi Catholico suas dedit apostolicas Litteras in forma Brevis die xii Junii anno mdcccvii, sequentis exempli videlicet.—Carissima in Christo Filio nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico, Pius Papa VII.—Carissime in Christo Filii nostri, salutem et apostolicam benedictionem. Compertum est Nobis Carolum III. fel. rec. Regem Catholicum, pio flagrantem desiderio parandi Militibus aliisque ad Regios Exercitios pertinentibus præsidia, quibus quum fixas sedes plerumque non habeant, frax nihilominus valeant spiritualibus utilitatibus, et adiumentis que ceteri Christi fideles ab ecclesiasticis suis superioribus, et prælatis consequuntur, Clementem XIII, sancto memorie prædecessorem nostrum supplicem adisse, ut predictos Milites, aliisque ad Regios Exercitios pertinentes ab Ordinariorum jurisdictione eximeret, subiaceretque jurisdictioni venerabilis Fratris pro tempore existentis Indiarum Patriarchæ, ac Regiorum Exercitiarum Vicarii generalis, qui facultates sibi impertitas per ecclesiasticos viros à semetipso delegandos exercere posset super predictos, hujusmodi locorum in morantur.

Annui pio religiosissimi Principis desiderio præfatus Clemens, prædecessor noster, litterisque in forma Brevis die X Martii, anni mdccclxii datis in venerabilem Præteram Patriarcham Indiarum expeditas contulit facultates, quas deinde aliis similibus litteris die xiv Martii anni mdccclxiv datis, confirmavit, quibus etiam ad tollendas nonnullas contentiones inter Cardinalem de la Cerda mancipatum, Indiarum tunc Patriarcham, et Ordinarios locorum exortas declaravit, concessas facultates porrigi in omnes, qui aut sacris, aut belli tempore sub ejusdem Caroli Regis vexillis, terra, marique militarent, viverentque stipendio, et ære militari, aliisque præterea, qui ob aliquam legitimam causam illos sequerentur.

Eisdem facultatibus prorogata deinceps de septennio in septennium fuerunt tam ab ipso Clemente prædecessore nostro litteris in forma Brevis die xxvii Augusti anni mdccclxxviii datis, quam a Pio felicis recordationis Papa VI prædecessore itidem nostro similibus litteris die xxvi Octobris anni mdccclxxvi et xxi Januarii mdccclxxxiii et in Octobris mdccxcv; ac à Nobis ipsis similibus, pariter litteris die xvi Decembris mdccciii expeditis.

His, et prædecessorum, et nostris apostolicis litteris ordo constitutus fuit Castrensis Ecclesiasticæ Jurisdic-



tionis, quam, quum Clemens predecessor, limitibus, quos memoravimus, circumscripsisset, tunc tamen pariter predecessor tuis, itaque parentis supplicationibus benigne annuens, ampliativè etiam respectu personarum, erga quas exercere eam oporteret, concessa quoque venerabili Fratri Indiarum Patriarchæ facultate absque ullo scrupulo, tutaque conscientia declarandi quancum persona gaudeat prædicta Castrensi Jurisdictione deberent; cujus quidem predecessoris nostri exemplum in superius memoratis nostris litteris Nos quoque sequi sumus.

Hujus ampliatiõis occasione duo in locum prodierunt designationes hujusmodi personarum, altera a Cardinale Delgado die 11 Februarii anni mcccxxxix, altera ab illius in dicto Patriarchatu successore Cardinale Senni-mat die 7 Julii mcccxcv editis, quibus quum propositum esset personas recensere, quas Castrensium Ecclesiasticæ Jurisdictioni complecti deberet, præstitit ut non antea visas est, ita ut Hispaniarum Archiepiscopi et Episcopi non leviter offenderent, et ipse venerabilis Frater Archiepiscopus Toletanus, Cardinalis de Bourbon nuncupatus, vir sane præclarissimus, et religiosissimus conquestus ob hanc causam apud Regium thronum tuum fuerit de venerabili Fratre Indiarum Patriarcha, quod in declarandis supra dictis personis facultas ab hac apostolica Sede nostrâ concessas multis modis excesserit, in eam Ordinariam potestatis dispensatio. Quas querelas etsi prædictus Indiarum Patriarcha diluere conatus sit, ac ostendere nihil in ea re a se peccatum esse, at tamen, que tua est, carissime in Christo Fili noster, pietas, et erga hanc apostolicam Sedem devotio, totam hanc controversiam, interquam de eo iudicium ad hanc nostram apostolicam Sedem deferri jussisti, ad quam utpotè antedictæ Jurisdictionis fontem pleno iure spectat ipsius Jurisdictionis amplitudinem, certosque fines præscribere ac declarare.

Quum ob causam, audita antea sententia Congregationis dilectorum Filiorum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quam hanc in

rem deputavimus, die x Januarii superioris anni litteras apostolicas in forma Brevis ad te dedimus, quibus quidquid in nuperioris prædicti Capellani majoris officio super aliis personarum clasibus Jurisdictioni sue sufficiens additum reperitur super eandem præcedenti defuncti Cardinalis Delgado edito, nec in litteris apostolicis concessionis hujusmodi singillatim fuerat expressum, id omne contra nostram, et hujus sanctæ Sedis mentem, et concessionis factam fuisse declaravimus atque apostolica auctoritate definitivimus.

Hæc peractis, sperabamus, omnem in posterum ambigendi occasionem fuisse sublatam, sed in eunte hoc anno expositum Nobis humiliter tuo nominis, hæc adhuc pissimum tuo in animo dubitationes de hac Ecclesiasticæ Castrensium Jurisdictionis ampliatiõis, versarique hæc de re interdum magnas inter angustias religiosissimam conscientiam tuam, quas sperare tolli reddidit posse, si Castrensium Ecclesiasticæ Jurisdictionis ratio per Nos ad eam formam redigeretur, cujus ipse specimen, ac veluti prosp. etiam Nobis scriptis reverentè exhiberi jussisti, additis etiam scorsim rationibus et declarationibus, que eorum, que postulat, opportunitatibus demonstrarent. Nos propterea orans, ut per nostras apostolicas Litteras exhibitis tuo iussu Castrensium Jurisdictionis formam adprobare benigne dignaremur.

Quamobrem, quum nihil Nobis sit optatius, quam controversiarum germina amputare, omnesque compescere anxietates, que tuam, pissimè Rex, tuorumque subditorum conscientiam agitare possent, licenti animo, postulatione tuo nomine peractas, acceptas, rogataque iterum sententia Congregationis dilectorum Filiorum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quos in re adeo gravi in consilium advocare censuimus; cuncta te in ordinandam Ecclesiasticæ Castrensium Jurisdictionis proposita examini subieciimus.

Comprimus autem, quod quum ea non adeo ingenti intervallo ab his finibus recedat, quas Cardinalis Delgado descriperat sua in declaratione, quam Non apostolicis nostris posterius litteris quodammodo adprobavi-

mas, tum illud præseferat peculiare, ac commentatione dignissimum, quod graphicè, ac veluti in tabula depictam monstrant, totius easdem Castrensium Jurisdictionis ambitum; dum quoque ita ambiguntur, et controveras amoveat, præceduntque, hæc utilitatè pensant aliquatenus quidquid deceptum Ordinariorum potestati, argent Castrensium Jurisdictioni.

Quæ quidem eo lubentius animo observavimus; quo magis comperimus graviores nobis suppeditare rationes, ob quas desiderium, quo juritur flagramus observandi his, que tibi grata, et accepta esse nossumus, implere tutius, atque alacris valeamus.

Quum enim conveniat providè apostolicæ Sedis benignitati faciliem se et liberalem ostendere in gratis, et favoribus elargiendis christianis Principibus, qui ex præclaris majorum suorum meritis, et suarum virtutum ornamentis, pietas erga Deum, devotione et obsequio erga Sanctam Sedem, in conspectu omnium splendere noscuntur; nihil nobis optatius obtinere potest, quam quam occasionem oblatam cerimus, qua obsequi tuis votis valeamus; qui tuorum majorum exemplis; tuaque egregia animi iudole excitatus omnibus his: laudibus cum altissima præfulges. Quibus causis permoti, teque specialibus favoribus et gratis pro tua erga hanc nostram apostolicam Sedem observantia prosequi volentes, Castrensium Ecclesiasticam Jurisdictionem in tuis Regnis et Dominis eo modo, quem inferius iuxta non propositas a te regulas antedictas constituere, et circumscribere decrevimus, prout vigore præsentium constitulimus, et definitivè, ac primum quidem statuimus, et decrevimus, quod Castrensi Ecclesiasticæ Jurisdictioni prædictæ subjecti sint et subjecti habeantur tam illi, qui foro gaudent belli, aut marinæ militari aut politico, dummodo integro hoc foro gaudeant, et civili scilicet, et criminali, quam eorum etiam familia, et omnes persone ipsorum servitibus addictæ; dummodo hæc pariter familia, atque persona toto, integroque gaudeant prædicto foro, expressè declaratis, quod que illorum familia, et persone hoc foro non gaudent, aut gaudent quidem, sed

non integro; sub Castrensi Ecclesiasticæ Jurisdictione non comprehenduntur.

Quam quidem prævidenda ejusdem Jurisdictionis præter regulam quam ampliativè, pro certo habemus, nec Majestatem tuam, nec Reges tuos successores illo nunquam tempore permisiros, ut toto, et integro belli, aut marinæ foro illi ali gaudeant, præter eos, qui pro re militari, aut politica Regis Exercitibus sint addicti, quique horum familias constituant; ac in horum versantur famulata.

Quoniam vero, si omnes et quotquot prædicto gaudent foro ad Ecclesiasticam Castrensem Jurisdictionem pertinere deberent, graves per se ipsam ortantur difficultates in administrandis spiritualibus prædictis aliquibus personarum classibus, que quam p. omnia Majestatis tue Regna et Dominia disperse sint, non raro in locis degunt, in quibus nec ulli existunt Castrensium Parochi, nec eos constituti expedit idcirco, ut saluti animarum, et Secretariorum administrationi, pro injuncti Nobis Pastoralis munus sollicitudine usque consultum sit volumus, et decrevimus, quod generalis regula superius prædicta de personis Ecclesiasticæ Jurisdictioni Castrensi in posterum subiciendis locum non habeat, in officialibus, aliisque personis scriptis adscriptis, que Militia in Hispania nuncupantur, quandocumque dicti officiales, dictaque persone in armis non sint ob aliquod servitium Majestatis tue præstandum; in quo tamen casu ille quidem persona Jurisdictioni Castrensi subiectæ erunt, sed non earum familia, nec earum famuli, nisi ille aut isti ipsas personas sequantur, et integro gaudeant foro. Præterea a generali prædicta regula excipimus quoncumque militia additum, qui tamen a Regis Majestatis tue servitio immuniti sit, etiam si aliquot a pietate sua stipendium accipiat.

Excipimus insuper viduas Militum, eorumdemque familias et servos, nautas, nauticos præterea et artifices in cathalogo descriptos, veluti servitio armamentariorum, et Regiarum nautarum nautarum, qui etsi integro gaudent Marine foro tamen, tunc saltem sub Castrensi Jurisdictione erant, quum ad opera, servitioque, quibus vocant vocati consuetis stipendia per-



cipere incipiant, in quo tamen casu familia, servitio eorum ad Castrensem Jurisdictionem non pertinebunt, nisi morentur in urbe, provincia, principatu, aut in loco, in quem convenire iussi fuerint ad proprias uniuscujusque artes exercendas, et integro foro saepe dicto gaudeant.

Demum sub Castrensi Ecclesiastica Jurisdictione comprehendi volumus damnatos ad opus, qui intra arcem, atque praesidia non continentur, quippe qui custodia tantum causa a militari imperio pendunt, haud vero pertinent ad militiam.

Praeter hos vero, quos fori militaris causa Castrensi Jurisdictioni subesse volumus, ad eandem Jurisdictionem spectabunt omnes personae, quae Regio Exercitus sequuntur, et quae exercitibus quocumque nomine, seu titulo, probantibus tamen ducibus, aliisve militibus superioribus, inserviunt, etiamsi praedictae personae supra dicto foro non gaudeant, idque servabitur in casu ejusmodi copiae militaris expeditionis, tametsi copia fuerint auxiliares, dummodo tamen spiritualium earum regimini alia prospectum non sit ratione, quae a praesenti nostra dispositione sit diversa, cui regimini, et peculiari eius constitutionibus nihil detractum volumus.

Ad eandem praeterea Jurisdictionem spectabunt omnes, qui in navibus Majestatis tuae existunt, quavis militiae non sint adscripti, aut ad aliud quodcumque forum, aliavero jurisdictionem pertineant, quod etiam servari volumus in navibus mercatoris, quae nomine avari Regii conductae praesidio navium Majestatis tuae protectae properiter facient, etiam si bellicae nave, quibus protegantur, auxiliares sint Majestatis tuae quo in casu eadem repetita intelligatur, quae de copiis auxiliariis superius constituimus.

Eandem vero ob loci causam regionum Exercituum Vicarius generalis jurisdictione utetur in omnes, qui in quibuscumque arcibus, fortalitiis, castellis, stativis, armamentariis, noscomis, officiis et collegiis militaribus institutis, collectis militaribus commorantur, in quibus Majestas tua Castrensis habeat Parochos, aut expedire

conseat hujusmodi Parochos constituere, excepto oppido Secta, praesidiisque minoribus in Africa existentibus quibus in locis eorumdem Ordinarii plenam jurisdictionem fuerunt, quae haecenus politis sunt, rationeque loci poteri debuerunt, eaque tantum personae Vicariatu subjectae erunt, quae comprehenduntur sub aliis regulis generalibus a Nobis constitutis.

In aliis vero arcibus, fortalitiis, castellis, stativis, armamentariis, noscomis, officiis et collegiis militaribus praefatis Vicariatu suberunt, etiam quotquot in locis in ponam delinquentur, nec non damnati ad opera, infirmi, alique, qui quacumque ob causam in locis commorari debeant.

Artium autem, fortalitiorum castrorum supra dictorum nominis intelligenda esse declaramus loca illa muris instructa, et praesidiis munita, quorum ambitus non pagum, non vicum, non oppidum, non civitatem, aut alia id genus complectitur.

Demum Jurisdictioni Castrensi subesse volumus ecclesiasticos viros, qui legitimo et consueto modo designati aliquod obtineant munus, sive pro administratione justitiae, sive pro expeditione negotiorum ipsius Jurisdictionis, sive pro cura animarum, una cum ipsorum familiis, et reliquis personis eorumdem servitio addictis, quod ipsum ad laicos quoque porrigi volumus, qui legitime, ut supra, manus aliquod exerceant in Vicariatu propter easdem causas administranda justitiae, expediendique negotia Vicariatus, itaque ad ipsorum uxores, et filios non emancipatos cum parentibus colabantes, et ad servos.

Constituta pro modo, quem haecenus enucleavimus, Ecclesiasticae Jurisdictionis Castrensis forma, ratioque, ex quatuor manat fontibus, titulisve, propter quos duntaxat, sive omnes, sive eorum aliquem quatuor pariter personarum classes Vicariatu generali subijci, et pro subjectis habendas esse auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, decernimus, et definitimus ita quidem, ut prior classis rationi fore complectatur personas, quam integro eodem gaudent foro militari tam civili, quam criminali; altera rationi servitii, eas comprehendat,

quae Regio Exercitus sequuntur, et eis inserviunt, tertia ratione loci eis illis constituatur, quae degunt in locis militari imperio subjectis; quarta denique ratione officii, his constet personis, quae apud ipsum Vicariatum numeribus funguntur.

Ex quibus quidem, quum certi, statitque fines Castrensis Ecclesiasticae Jurisdictionis sub oculis quodam modo sint, et illis forma ratioque in nucleo veluti posita videatur, non immerito carissime in Christo Filii noster, in spem ducimur, nullas deinceps ambiguitates, perplexitatesque suborturas esse, quibus religiosissima conscientia tua tranquillitas, cui praee omnibus consulere cupimus, aegi, turbare que valeat; quod si nihilominus aliquid adhuc orti dubium contingat, utrum aliqua ut aliuae personae sint, aut non sit Jurisdictioni Castrensi subjecta, quoniam nostris his Litteris praescribitur, et declaratur, nullam aliam personam dictae Jurisdictioni manere subjectam, nisi illas, quae quatuor classibus antea expositis comprehenduntur, idcirco Majestati tuae erit declarare utrum persona, aut persona, super quibus dubium oritur, in praedictis quatuor classibus comprehendatur, ad hoc ut sint, aut non sint Castrensi Jurisdictioni subjectae.

Tandem, moderno, et pro tempore existenti Patriarchae Indiarum, Capillano majori ac personis ab ipso delegatis, seu delegandis, ac subdelegandis in ecclesiastica dignitate constitutis, sive aliis Sacerdotibus probis, et idoneis facultates omnes juxta tenorem, et formam praedictarum litterarum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, nempé Clementis XII die X Martii mdcclxxv, die XIV Martii mdcclxxv, ac die XVII Augusti mdcclxxv; necnon Pii VI die XXV Octobris anni mdcclxxvi, XXI Januarii mdcclxxxiii, et II Octobris mdcclxxv et signaturarum, tam sub die XVI Decembris anni mdcclxxv quam X Januarii mdcclxxv expeditarum concessas, confirmatas, ampliatas, et explicatas, quarum omnium tenores pro plene et sufficienter expressis hic haberi volumus, auctoritate apostolica, tenore praesentium de novo etiam confirmamus, tribuimus, et elargimur; excepta tamen facultate in dictis Litteris Pii VI

praedecessoris concessa, ac in superioribus nostris confirmata, sed in postremo pariter nostris Litteris die X Januarii mdcclxxv explicata—declarandi scilicet, quae et quibus debeat esse persona hujusmodi excoartata, et quibus ipsa frui, ac potiri valeant privilegiis—de qua superius jam provimus est, quumque per praesentes auctoritates apostolicas excoartamus, aboleamus, ac penitus abrogamus; itaque easdem gratias, concessionem, privilegia, et indulta quaecumque, de quibus in praedictis apostolicis Litteris facta est mentio pro memoratis quatuor classibus personarum iisdem modo, et forma, auctoritate, et tenore praedictis, ad septennium concedimus, et indulgemus.

Non obstantibus apostolicis ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus Conciliis dictis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon Ordinum, quorum persona hujusmodi professe fuerint etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis, indulgitiis, et Litteris apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuras, ad praemissorum effectum, hac vice, dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ad idum praeterea fuit alii apostolicis Litteris, datis die XXVII Julii anni mdcclxxv, haec facultates, atque indulta ab eodem praedecessore nostro ad alterum septennium fuisse prorogatas iterumque etiam, sed tamen temperata, ob advenas rerum vias quibus Hispania afflicta est, alii apostolicis Litteris diei XXI Januarii anno mdcclxxiii. Verum quum praesentibus in illi tempore effluerit, rationesque quibus temperamenta adhibita, destiterint, suppliciter a Nobis Majestatis tuae nomine petitum fuit, ut easdem ipsas facultates, et indulta, ea plane ratione qua anni mdcclxxv ut praefertur, fuerint concessa, ad similitudinem temporis lapsus benignè confirmare velimus.

Nos igitur votis tuis, quantum in



Domino possumus benignè annuere volentes, hodierno atque in tempore Patriarchæ Indiarum, uti Capellano majori ac Rectorum Exercentium Vicario generali, et idoneis Sacramentibus ab ipso delegatis, vel delegatis aut subdelegatis omnes et singulas facultates in commemoratis apostolicis Litteris diei XII Junii anno MDCCCVI hic insertis contentas et expressas, ad septennium proximum tantum d'irabaras, auctoritate apostolica confirmamus, si ve itarum concedimus, et impartimur; nec non easdem gratias et privi-

legias quocumque aliorum gratia concessas denuo largimur et confirmamus, servata tamen in reliquis omnibus fidei tenentium Litterarum forma et dispositione, non obstantibus omnibus et singulis illis, que in istem Litteris non obstarè d'erebunt est, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anno Piscatoris die XIV Aprilis anno MDCCCLXVIII, Pontificatus nostri anno secundo. A. Card. Lambruschini — Locum sigilli.

## INDICE.

Núms.	Págs.	Núms.	Págs.
<b>TRATADO PRIMERO.</b>			
<b>De los Sacramentos en general.</b>			
<b>PUNTO PRIMERO.—Noctones preliminares.....</b>			
I		I	ma de los Sacramentos... 8
		II	Lo que son en su origen la materia y forma de los Sacramentos.
II		III	Union que debe haber entre la materia y la forma de cada Sacramento.
III		IV	Variaciones que puede haber tanto en la materia como en la forma.
IV		V	¿Determinó Cristo todas las materias y formas de los Sacramentos?
V		VI	¿Qué potestad tiene la Iglesia acerca de los Sacramentos?
VI		VII	La materia de los Sacramentos.—Su division y definicion.
		VIII	¿De qué materia deberá hacerse uso en la administracion de los Sacramentos?
		IX	¿Cuándo se prohibe y cuándo se permite el uso de la materia dudosa?
		X	La forma de los Sacramentos.—Su division y definicion.
		XI	¿Cuándo será licita la forma condicional?
			Se enumeran y explican las variaciones que puedan ocurrir en la forma.
			<b>PUNTO IV.—De lo necesario en el Ministro para la validez del Sacramento...</b> 13
		I	¿Quién es el Ministro de los Sacramentos?
		II	Requisitos que se exigen en el Ministro.
		III	Para lo válido no se requiere en el Ministro el estado de gracia.
		IV	¿Cómo se requiere la intencion en el Ministro?
			<b>PUNTO II.—Esencia, institucion, número, orden y dignidad de los Sacramentos.....</b>
I			Definiciones de cada Sacramento.
II			Definicion metafisica.—Las de San Agustin, Santo Tomas y Scoto. Se explica la del <i>Catecismo del Concilio</i> .
III			Definicion fisica.—Su explicacion.
IV			¿Quién es el autor de los Sacramentos?
V			¿Por qué son solo siete los Sacramentos?—Razon de autoridad.—Razones de Congruencia.
VI			Orden lógico de los Sacramentos.
VII			Dignidad y excelencia de cada Sacramento.
			<b>PUNTO III.—Materia y for-</b>